

1133, enero. Fraga

Alfonso I el Batallador dona a Montearagón la mitad de la villa y castillo de Curbe.

(Crismón) In Dei nomine et eius diuina clementia, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Adefonsus Dei gratia rex, placuit mihi, libenti animo et spontanea uoluntate, propter remissionem peccatorum meorum et parentum meorum, dono et concedo et confirmo Deo et ecclesie Ihesu Nazareni Montis Aragonis Fortunioque abbati et successoribus suis et omni conuentu medietatem uille et castri que dicitur Curb, cum omnibus suis terminis eremis et populatis ab integro et cum omnibus suis pascuis et aquis, siluis et garricis ad propriam hereditatem per secula cuncta, et mando uobis ut populetis eam quam cicius poteritis atque faciatis ibi bonam forzam ad honorem totius christianitatis.

Signum regis (*signo*) Adefonsi.

Facta uero hanc cartam in era M^a C^a LXX^a I^a, in uilla que uocitant Fraga in illo assitio in mense ianuario. Regnante me Dei gratia rex in Aragon et in Pampilonia siue in Superarbi atque in Ripacurcia. Episcopus Arnal Dodo in Osca et in Ihaca. Episcopus Garsia in Cesaragusta. Episcopus Micahel in Tarazona. Episcopus Sancius in Orunia. Abbas Dodo in Sancti Iohanis de Pinna. Abbas Durandus in Sancti Uictoriani de Superarbi. Senior Garcia Ranimirez in Monteson. Senior Atogarzez in Barbastro. Senior Pere Ramon in Stata. Tizon in Buil. Senior Sanz Iohanes in Osca. Per Petit in Boleia et in Loar. Senior Fertung Lopeç in Aierb. Senior Castang in Morel et in Bel. Betran in Exea.

Ego Michael scriptor iussu domini mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum (*signo*) feci.

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 23, n.º 3 bis. Letra visigótica.

Publica José Ángel Lema Pueyo, Colección diplomática..., doc. 258.